8: 9bris 1603 A°

Sac. Reg. Mtas

129

1137

Summo quidem ego studio optabam, prout etiam nunc opto iuxta mandatum Mtis V. Luceoriensi Ecc.ae Coadiutorem quamprimum decerni: idq. ut fieret non impigre laboravi. Sed dum quidam non leves in processu conficiendo defectus occurrissent, factum est, ut negocium hoc serius aliquanto protractum sit quam voluissemus. Sed iam res in vado est, ac in proximo Consistorio pro comperto habeo Coadiutorem constitutum iri stimulos praesertim subdente iussione Mtis V. Cui non obsequi nefarij sceleris instar reputo. Et opto interea eidem Mti V. omnis incrementum felicitatis, meq. eius gratiae diligentissime commendo. Datj Romae viij Novembris. MDCiij.

S. R. M. V.

Addictissimus Servus
P. Card.lis Aldobrandinus

134

Ser.mo ac potentiss.o Poloniae Sueciaeque
Regi Sigismundo Tertio.

Card.l Aldobrandino
di Ravenna X. Settembre [illegible]